



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.2. Iam die festo mediante: Ascendit Christus, qui omnes spiritus comprehendit intelligibiles: & hoc ita his & alijs expediebat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

Ira Christo detrahebant, quando prodigiosum illud viderant ipsi miraculsi, quo Dominus daemones liberavit: *Mat. 11. 24.* *Et Beatus princeps demoniorum eiecit demonia, Similiter quando caecum illuminavit, opus à saeculo inauditum: cum denigravit. Non est hic homo à Deo.* Eodem modo doctrinam eius canino dente lividi vellicabant, Intelligebant enim quòd suis viribus homo ad tantam non posset sapientiae pertingere claritatem: at tamen dicebant quòd ad eam Christus virtute Satànica pertingeret: ille cum doceret, ille magister talia praegeret Proh blasphemos, proh proditores, proh nebulones? Sicut autem principale argumentum, quo Christum esse filium Dei constabat, primario in operibus eius atque doctrina fundabatur, ita principium eius intentum fuit, illis respondere calumnijs: unde dum eius detrahebant operibus, illa adscribendo Satanae de industria in arenam prodit probaturus, se illa minime facere nisi in virtute Patris sui diviniissimi. Sic contigit quando sanitatem paralytico apud piscinam ab eo impetrata denigrabant, qua Christus apertius dicere coepit, se filium esse Dei, quia satis fusa concione, quam D. Joan. ad rem optime descendit, et probare nititur, in potestate Patris sui aeterni se hoc fecisse miraculum. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor, &c. Amen dico vobis non potest filius à se facere quicquam nisi quod viderit Patrem facientem: quicumque enim ille fecerit, haec & filius similiter facit.* Exponere voluit unitatem potentiae suae, cum ea quae Patris sui erat: Nec non quando daemones mordebant ejectionem per amplè dilcurrit, testibus Evangelistis, ostendens opera sua virtute fieri supernaturali ac divina, quibus omnibus auditis, in medium prodijt mulier illi gratulante acclamans: *Beatus virum, qui te portavit, & vbera qua suxisti:* Hodie doctrinam eius maculis inspergunt, cum enim eam adeo sublimè faterentur, ut eam nemo suis posset acquirere viribus, illam diabolo student impurare: quocirca data opera demonstrat illis, hanc se à tali non hausisse praecceptore, sed à aeterno Patre, cui hanc acceptam referebat: instruit autem illos, qua ratione haec ita se habere cognoscerent, hancque à Deo Doctrinam effluxisse, nobisque proponit altissimam, quatenus illam ut talem agnoscamus. Hoc hodierno continetur Evangelio.

§. 2. Iam die festo mediantie. Ascendit Christus, qui omnes spiritus comprehendit intelligibiles: & hoc uabis & alijs. expeditabat.

In die festo mediantie ascendit Iesus in templum. Nemo dubitat, quin hoc festum fuerit unum ex solemnioribus in populo Dei frequentatis, quod dicebatur Scenopegia seu tabernaculorum; seu tentoriumum. Ita paulo superius hoc exponit Evangelista. Festum hoc Deus statim ab initio instituit, in memoriam illius magni beneficii, quo populum quadraginta annis conservaverat in deserto, nullo sub alio tegmine, sed Scenopogiam tentorium, casulis, vel tabernaculis commorantem. Celebrabatur autem mense Septembri, collectis iam terrae frugibus, per dies septem aut octo, licet aliqui opinentur quòd dies octavae solemnitas, alia esset, quam dicebant Collectam, eo quod tunc collectam instituerent imperialis diuino cultui acquirendis. His omnibus diebus morabantur Iudaei in campo, & curibus ad hoc institutis, quamvis interdum ad templum accederent, hostias & vota oblaturi, nec non Dei verbum audire. Mediantie iam festo, id est die quarto ascendit Christus Hierosalem ex Galilea rediens, ut opinatur D. Aug. conformiter Scripturae, quo secesserat, quia quarebant eum Iudaei in eisere, & consilium ascendit in templum praedicaturus. Gradum hic signum SS. Doctores, Christumque interrogant, ut quid tam diu haeserint, nec nisi mediantie festo, & finiente, praedictum accesserit. *Iam die festo mediantie: Quid Christus hoc rei Domine, à quo tempore te tandem vidimus accedentem ad festi celebrationem? Numquid tu fortitan illis huius nostri saeculi annumerades, qui vel quia seruis de strato surgunt, sicut desideriosi illi, vel quia se comunt, sicut domicellae, vel quia scintillam praefumunt cum ebriosis ad Ecclesiam accedunt mediantie iam missa, & absoluta eius parte principaliori? A quo tempore tam tardus ades, quando honoris cultusque Patris tui negotium agnatus, sic ut deficias, ubi de illo cogitatur? Numquid tu matri dixisti, alio occurrente festo, quod ut illi interesset, illam deseruisses? Inijs qua Patris mei sunt, partes me as.* *Luc. 2. 49*

I. Quale fuerit festum Scenopogiae. II. Obiectio: cur Christus iam sero veniret.

Est Christus patris sapientia teste Apostolo *1. Cor. 1.* *Et vos conditiones describit Spiritus S. Libro 24. sapientia,*

Joan. 5. 7.

Luc. 11. 17.

Sap. 7. 14. sapientia supponatque vnum principium: *Omnibus mobilibus mobilior est sapientia attingit ubique.* Legit D. Aug. *Motus eius agilior, celeriorque est omnibus motibus.* Veloces sunt cæli momento temporis ad sua concurrente, his mobiliores sunt Angeli: sunt enim Spiritus, nec eos corporis pondus remoratur, & ob eorum celeritatem ubi sese offert occasio cuius hanc damus rationem: quia repletus est Spiritu S. *Est enim in illo spiritus intelligentia sanctus, & mobilis, suavis, & omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes Spiritus intelligibiles.*

Proprie convenit Spiritus S. cæcis, in quibus refidet, reddere diligentes idcirco super Apostolos descendit in figura ventu vehementioris, & ignis ardentioris, quatenus illos ita diligentes efficeret prout expediebat vniuersum mundum purgaturus, velut naues, quas cursu velocissimo propellit ac si volarent ventus rapidior, & iustar glandis aræ, quam ignis æstuosus de tormento explodit grandiori. *Nescit tarda molimina Spiritus S. gratia, testatur D. Ambrosius.* Idcirco de illo Spiritu dicitur quod sit *Mobilis.* Variabilis legitur: *Vegetus,* vitam dat & robur D. Ambrosius scripsit, *bene mobilis, q. d. diligenter mobilis,* propter effectum, illos etenim, quos innadit diligentes facit, sicut Moyses: *Intrauit in animum serui Dei, & stetit contra Reges horrendos in portis & signis, &c.* Et sicut patuit in ossibus arripit Spiritu S. dis de quibus Ezechiel, *Diminus ille Spiritus super Christum in omni plenitudine requirit: non ad mensuram datus est ei Spiritus.* Vnde vidit D. Ioannes, quod in columba figura super eum resideret, vatis Isaac con. plens oraculum. *Requiescet super eum Spiritus Domini.* Ille reddidit eum a Ezech. 37. deo diligenter in operibus suis; vt nec Angeli nec Cherubim, nec Seraphim tam diligentes in operibus suis esse conuincantur. Quocirca iussit reuerus eius Pater, vt illi nomen imponatur: *Accelera, festina.* Quam primùm baptizatus fuit, & super eum resedisse Spiritus videbatur. *Statim ascendit de aqua, &c.* Et statim Spiritus expulit eum in desertum, &c. En qualem conspexit eum Ihu ad mortem festinantem. *Quasi fluvius violentus, quem Spiritus Domini cogit: vt restentur Evangelistæ, discipulos vehementer admiratos, quod tam festino gradu Hierosolymam properaret. Quinam eius in passione diligentia, vt sedecim vel octodecim horarum tempore tot talisque stationes percurreret vt illas*

nec ipsa lingua Angelorum, licet expeditissima, nec multis quidem annis sit enarratiua; velut electum quod vidit Ezechiel ignibus, vnde quaque circuitur septum inter animalia discurrens, de quo alias.

Qua igitur ratione moram Redem prot noster trahit? quia Spiritus, quo ducitur, suavis est. *Est in eo Spiritus suavis, & omnibus adest vt optimus Ratio cur medicus, qui sic splemi subuenit, vt iecinori non Christus vocat: Omnia prospiciens, & qui capiat omnes moras Spiritus intelligibiles:* Sic vltimum legit textus tractat. Græcus, & biblia Complutensis ac Regia, insuper D. Ambros. q. d. quod omnibus adest omniumque consulat salutem, sicut illi qui cordium sinus penetrat abditissimos, & intimas pervadit sublimissimorum cogitationes Seraphinorum sic vt nec vna eius fugiat inte. lectum. *Qui capiat omnes Spiritus intelligibiles.* Omnia corda Christus penetrabat, vnde cum illo populo sic se habebat sicut qui clarissime videbat quidquid cordibus suis gereret absconditum. *Iesus non crederet semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes &c.* Ipse enim sciebat quid esset in homine. Sic ait Evangelista dum illud tractat, quod Christus in Paschate cum esset Hierosolymis, dilucide videret & pertraheretur quidquid in eorum cordibus intus voluebatur: cognovit autem quosdam sibi beneuolos, cupidos videre illum & audire, quodque ea de causa tam sedulo ad Paschatis celebratione concurrissent: alios autem diabolica rabie liuidos sanguini suo insidiantes, & ad Pascha confluentes, ac credentes, quod eo esset ipse venturus, paratos velut excitati sūt vigiles, vt quam primùm aduenisset, in eñs leues molirentur insidias. Qui fiet, vt illi, viso Domino, non reddantur peiores, & grauiori furoris æstro non excitentur; alijs autem non desit. Omnibus prospiciat: *Omnibus prospiciens:* Detineat se, ad Pascha non veniat, non ad solemnitate: is initia prudenter festinet, quando statum illi iam contra eum rabie tua Chriodimque exacerant, illum expectando, vel suis lauparum eorum malitia furorque deserueat, & datur. cum se presentem illis non exhibeat primis diebus, eorū alio diuertat cogitationes Paschalis lata festiuitas. *Eorum itam molliens, vt absentia sua eorum iram sedaret* ait D. Chrysol. *accedat iam mediante festo, diesque illis maneat sufficientes, qui diligunt illum, & audire, & videre & excipere desiderant: collocetur sicut Iapis angulans in medio angulorum sibi adeo oppositorum, absentia sua reprimens insidiantium rabiem inimicorum, qui eum essent precipitaturi, si ad festi principium eum presentem aspicerent,*



picerent: & sua leniens eos presentia roborat: que doctrina à quibus quanto diutius tardabat, tanto aprabatur ardentius. Itaque hac sua temora, vehemens in quibusdam cum videndi audidique desolium excitabat, in alijs autem rabidum cordis eorum furorem ignemque praefocabat, illud adimplens (teste Euthymio) quod scriptum legebatur: *Causa facti Deus bona in*

Eccli. 3. 11 tempore suo.

1. Reg. 25. Prudentiam imitatus est Abigail, quae marito suo loqui distulit: quia vidit eum vino madidum, expectans, donec humores vini crassiores, quibus ei caput turbabatur paululum se remississent. Aptius nullum scio medium, ut se cholerae ratiões remittat, qua contra te commotus quispiam excandescit, quam si prudenter eius te presentia subducat. Ita simul ter prudentiae laude spectanda Rebecca, cum vidit Esau in Jacob acriter exacerbatum, ac moliri cogitationes in fratris necem iniquissimas, ob praereptam ab illo benedictionem, filio Jacob mature consulit, ad aliquot dies se secederet, ubi frater Esau eum minime videret: etenim absentia, credet ac forte, ut fraternus se furor attemperaret. Curre filii mei, si tua, perge in Mesopotamiam in domum fratris mei, tui fratris interitum cholerae furorque mitigabitur. *Ecce Esau frater tuus minatur, ut occidat te. Nunc ergo, fili, audi vocem meam, & confurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran, habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat, furor fratris tui.*

Gen. 23. 24.

*Notat Gollia, quod singulari consilio, diuino. que ordine à Deo Moyle praescripto Dux Iosue quinque designavit refugij ciuitates, quo tu- to confugerent, seque defenderent quicumque casu fortuito commississent homicidium, & inde certo tempore non discedentes moras illic traherent, ut eo tempore homicidae se ipsos praesentiae visumque parentum subducerent mortuorum, quo fieret ut eorum ira molliretur, quam in eos conceperant consanguinei eade iam contaminatos. Et hoc ex sententia D. Hieronymi voluit insinuate Spiritus S. Non incendas carbones hominis peccatoris. Sicut aquae guttae, quibus fornax vehementius accenditur, verba quae viro loqueris exacerbato, contraque te grauitus stomachabundo: secede patumper, & irae vis sedabitur. Quia vero multos eorum erat numerus qui Christum aperte patebantur, moras componit: *Ut requiescat furor eorum.* Verumtamen ratio non suadebat, ut ne maleolorum offenderet animos, omnino beneficiis deesset & bona mentis intentione seruentibus haudqua-*

quam adesset: neminem enim lateat illa S. Spiritus sententia: *Sapientiam non vincit malitia.* Nec Sap. 7. 30. conuenit ut nefanda malorum iniurias, de divina, in ordine ad bonos, triumphum agat sapientia.

Se igitur subducit, nec ad festum celerius conuolat, ne malorum atque peruersitatem: exigit aequitas ne se sinat à malicia superari, perseverans in absentia usque ad finem Paschalis, sed ut tempestius ijs occurreret, quibus integra erant viscera, in quibus, quanto Saluator moras traheret longiores, tanto ipsum videndi, eiusque doctrinam audiendi, cupiditatem accendebat feruentiorem: nullum etenim efficacius medium accendendi desiderium, quam eius differendo complementum. *Desideria dilata cresunt,* ait com- D. Avev. munit D. Augustini propositio. Se habuit VIII. stus instar diuissimi medici. Febribus infirmis Similitu- zistat ardentioribus: aquam sibi dari postulat, do. virget, supplicat, ut ceruus ad potum anhelat, ordinat medicus: ne propinatis illi ad febris initium, laborat enim aegrotus contrarijs humoribus crudis ac indigestis, quibus calor patitur febris, quos oportet consumi, quod si potum siccitati tribueris, crudities illae augebuntur, & ignis accendetur truculentior: Habet quoque febricitantis fetor quod spiritus praefocet vitales, quos omnino extinguet, nisi per potum recreentur. Quid remedijs? Ne aquam illi statim in accessu febris praebueris, ne ex illa humores crudiores roborentur, sed digerantur prius & ardo- re paulatim se remittat, ne potum porrigat, quo cor leniatur & spiritus vitales excitentur, ita ut dum vini subuenitur, alteri non derogetur. Ex illa tu addisce, sic tua perage opera, ut dum vii sum vtilia, non sint alteri perniciosa. Tu Domine qui mundum frequenas, eius satisfac obligationibus: porro fiat hoc eo modo, ut ea que Dei sunt, non negligas, quae primum habere debent locum? curam illius habe, quod corpus ad sui postulat conservacionem: verum amen hoc ne har cum spiritus dispendio. Negotia tua dirige, in tuum filiorumque tuorum commodum, ne tamen sit cum detrimento damoque egenorum. Facultates tuas tuoque bona cures temporalia, sed non ideo minus sis in promovendis animae tuae virtutibus, bonisque spiritalibus, Tempus tibi negotijs tuis exercendis decerne congruum, at tamen velim tibi vel parum superesse, quo Deo diuiniisque valet intentibus. Satage, Domine, gratia comptag, incedere, caute autem tibi ne pusillus scandalum fias & lapis offensionis. *Eo sine decreuit Deus, ut vir ille, quem vidit*

dit Ezechiel, qui Dei domum ædificabat, in manu habet eze perpendicularium, quo lapides collocandos metiretur, ut taliter vni conuenirent ex hac parte, quod alijs ex altera minime repugnant.

§. 3. Ascendit in templum & docebat. *Prædicat Dominus in templo, vti talis doctrina propria, quam David inscribit separatam, castam, atque purificatam.*

6 **D**iximus ac repetiuimus hanc solemnitate in templo non celebrari ne quidem in ciuitate Hierusalẽ, sed ruti, in pratis, vbi singulæ familiar sibi teatoria seu tabernacula erigebant, & ita Dominus ob rationem prædictam iustiterat. Porro ad sacrificiorum orationes templum ascendebant: nec enim licitum erat extra illud Domino sacrific. rer. in illo primario fiebat concto, & in illud Dominus prædicaturus ascendit. Hic nobis occasio subsistendi offerbatur, & audientes quod Dominus ipse doceat, ipse prædicet, infinitis illi gratia referendi: quia impletum esse gratulamur quod de eo præcinit vates Regius: *Fulgura in pluuium fecit.* Quam tremendum concitant, citorem tonitrua, fulgure, cornicationes: Festinus aufugis toto corpore contremiscens, quareis vbi te abscondas, verum tamen quando terribilis illa tempestas in aquam conuertitur suavissimam, quæ terram plantasque vniificet: quam lætus præ gaudio tripudias! O qua tonitrua, quæ fulgura, quæ cornicationes, quando lex vetus promulgabatur? Omnes terrore nimio corruabant exanimis, ut quo fugerent, ignorarent. Et ipse Moyses contremiscens, ac tremebundus substitit: *Extremus sum & tremebundus.* Sit Deus in omnia sæcula Benedictus, qui *Fulgura in pluuiam fecit.* Iam tonitrua illa terrifica, iam ignei radij, fulguraque transierunt, & aquam nobis doctrinæ suæ propinat eminentem, æternæque sapientiæ quæ sedem suam in æterni Patris sinu habet in altissimis cælorum, hodie cathedram suam in terræ profundissimo colocat, illius amici Iob ardentissima complexu detulera: *Vnam loquebatur Deus tecum, &c. & ostenderet tibi secreta sapientiæ.* Olim si loquebatur, quasi de longè loquebatur, per scripturarum litteras, & nuntia Prophetarum: Nunc autem ipse loquitur, ipse docet ipse prædicat, & ait: *Ecce, qui loquor, ad sum.* In eum finem ascendit templum concionaturus: *Ascendit in templum, & docebat.* Et retè

proprius est locus docendi diuinam & tradendi disciplinam.

Huius David perpendens, excellentiam Psalmum illum composuit, ut per amplum ita cælestem ac sublimem ordine Alphabetico, & cum profunditate sexaginta sex versibus constet, nullus est, dissimulus in quo non nominet vel exprimat singularem est, aliquam huius diuinæ doctrinæ legisque dignitatem. Quia de causa data opera, & præhibito consilio illum expendunt D. Ambr. viginti & duobus tractatibus. D. Aug. triginta duabus concionibus, supponens D. Ambr. quod cæteris hic Psalmus præcipiat in legis diuinæ declaratione illas prærogatiuas, quas sol meridians ipse fideribus, & protestatur D. Aug. quod licet Psalmus ille reliquis clarior esse videatur, sinus atramentum profundos, & abyssos contineat Sacramentorum: *Quanto videtur optior, tanto mihi profundior videri solet, ita quantum sit profundus, demonstrare non possum.* Igitur inter prærogatiuas quas rex Propheta in lege diuinæ meditatatur, hæc vna est, quam mysticis illis verbis delat: *Mirabilia testimonia tua.* Non paruis hæc vox Ps. 118. *Mirabilia sciet Sacramentis.*

Porto illa comprehendit Cardinalis noster Caetan. verbi Hebraici considerans energiam: Vnaquæque significat, separatam & multum elongatam que scilicet à communi iudicio, & opinione mortalium: vntiam suam de sic legit: *Separata testimonia tua.* Fuit hæc habeat communis inter maximè sapientes, mundi que classem præceptores opinio, quod necesse sit vnam quamque disciplinam seu scientiam, propriam habere sibi Academiam suo congruam instituto. Sic patet in Socrate, Aristotele, Platone cæterisque nobilioris famæ Professoribus: quando namque scientias prælegebant communes, scholis habebant loca communia eunctis patentia, sed disciplinas docturæ subtiliores, ac singulares, v. g. de cælo, de motibus eius, de stellis earumque influentijs, de productione ventorum grandinum, pluuiarum, alijsque secretis Philosophiæ profundioribus, classes seligebant ab hominum concursu separatas, & omnis ijs que de pluribus liceret præferre, sufficiat id quod refert D. Hieronymus, de præclaro illo Philosopho Hiarcæ, qui scientiam traditurus de Astrologia, de motibus cælorum, aspectibus planetarum, proprietatibus stellarum paucos solummodo discipulos ad classem suam admisit, & cum illis ad regionem secessit longius separatam, si-bique cathedram erexit auream, ad intimos recessus prope fontis crystallini scaturiginem, cathedra perpaus tantum sibi sociatis: sibi persuadens